Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30488
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift



tionem Operationem

De septem peccatis mortalibus

Monstrat saligia que sunt mortalia septem
Luxus ava super ac invidus ira gula

Superbie species sunt quatuor

Prima cum quis existimat se habere bonum a
se et non a deo Secunda si bonum quod habet
a deo credit habere suis meritis et non ex gratia
dei Tercia quando quis se iactat habere bona
que non habet Quarta quando quis ceteris
despectis vult singulariter videri

Filie superbie

Ambicio presumpcio ingratitudo curiositas
adulacio derisio iudicium temerarium iactancia pre
sumpcio novitatum ypocrisis pertinacia discor
dia contencio inobedienciа inmodestia in vestitu
stisma infidelitas irreverencia erubescencia boni

Avaricie species sunt tres

Iniusta acquisicio nimia retencio et nimius
aut inordinatus amor bonorum temporalium

Filie Avaricie

Obduracio vel inhumanitas violencia vel ra
pacitas inquietudo idest nimius appetitus lucri
fallacia periurium fraus prodicio symonia
usura rapina iniusticia fraus et dolus negocia
torum ydolorum servitus iniquitas

Luxurie species

Fornicacio simplex soluti cum soluta Adulterium
cum coniugatis Stuprum virginum raptus con
tra voluntatem vel sui vel parentum Incestus
cum consanguineis Sacrilegium cum deo sacratis
Et peccatum contra naturam quod zodomicum dicitur
et est triplex Bestialis zodomia mollicies